



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio**

**Coloniae Vbiorvm, 1645**

CAP. XLI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10133**

am surget, & dabit mihi quotquot habeo necessarios.

## C A P. XLI.

**C**onfortabat etiam cor meum, ad te sustinendum, quod in Euangelio legissem, remissionem peccatorum, tanquam vi & precario, tibi esse extorquendam è manibus; cum dixisses tu ipse, Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis; omnis, enim, qui petit, accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. & alio loco dixisti, Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Ex tuis igitur salutaribus monitis atque præceptis, adstabam ad fores misericordiæ tuæ quotidie; pulsabam, clamabam, non tam voce, quam cordis affectu: & cum non audires, vim denunciabam, &, Nisi, aiebam, mihi fias obnoxius, ad arma profundissimæ humilitatis accurram; pugnabo, vim afferam, neque antea molestus esse desinam, quam, si non amicitia, odio quidem certe & importunitate, exprimam à te incolumitatem & salutem animæ meæ. Neque peccata quæ feci, neque injuriæ, quas piissimæ majestati tuæ omnibus diebus vitæ meæ imposui, retinebunt me, quo minus ad thronum gratiæ tuæ accedam, &, novo quodam modo reus, non inficiet peccata mea, sed singula ante te in amaritudine animæ meæ confitear, ut misericordiam consequar, & gratiam inueniam in tempore opportuno.

C A P.